

Bolletí de la Societat Arqueològica Luliana

PALMA.—FEBRER DE 1909

SUMARI

I. La apología del Dr. Dimas de Miguel y el catálogo de las obras de Raymundo Lulio del Dr. Arias de Loyola, (continuación) por el P. *Fedro Blanco*, O. S. A.

II. Reclamacions de les filles den Sanxo de Mallorca contra la confiscació de bens imposada a son pare per feul seguidor de Jaume III, (continuació) per *D. E. K. Aguiló*.

III. Biografía y cartulario del primer Obispo de Mallorca, (continuación) por *D. Mateo Rotger* y *D. José Miralles*, *Canónigos*.

IV. Dues cartes en vers, llatines, del nostre Joan Muntaner al poeta catalá Jaume Rodoreda, per *D. E. K. Aguiló*.

V. Folk-Lore Balear. Tradicions populars mallorquines, per *D. Antoni M. Alcover*, *Pre.*

LA APOLOGÍA DEL D.^R DIMAS DE MIGUEL Y EL CATÁLOGO DE LAS OBRAS DE RAIMUNDO LULIO DEL D.^R ARIAS DE LOYOLA (CONTINUACIÓN)

Librum in artem edidit mendis plenum ubi colligebat errores ducentum pii heremitae Lulli, tum addendo, tum detrahendo, tum permutando, tum partem sententiae proferendo, quod si liceat quis liber quacunq[ue] sit sanctitate plenus, non scaturiret errores, et cum abissus abissum invocet in voce cataractarum suarum, bullam quamdam confixit, quam a Gregorio XI publicatam proferebat, qua nomen, libros, doctrinam, sectatores, totis viribus est persecutus, res admirationem non parvam Lullio deditis attulit, ut pote quibus pietas, humilitas, obedientiaque lulliana erat nota, adierunt Romam pii homines, ut registratores curiae Ro-

manae consulerent, suspicantes dolo non carere cum hujusmodi bullam non reperissent, hominem persecuti sunt; sed cum Ecclesia Dei schismatis tempore misere concuteretur, non statim potuerunt hominem potentem dejicere, donec 19 Maii 1386 Rex Petrus concilium officii sanctae Inquisitionis Barchinone convocavit, reque diligenter examinata, iniqui impostoris technam detegerunt, approbaruntque omnia Raymundi opera, et postea Rex Johannes, Regis Petri paucos post menses defuncti patris pium institutum prosequens, latitantem jam Aymericum exilio perpetuo tamquam hominem pestilentem et regis reverentiae et honoris ac etiam fidei orthodoxae, ut ipsius Regis verbis utar, suspectum damnavit Raymundum et ejus opera commendans privilegiis supra jam dictis; unde patet nullo unquam tempore legitime aliqua opera Raymundi prohibita; nam Gregorii XI bulla ficta fuit ab Aymerico, et index Pauli quarti sub conditione loquitur, nam si Gregorius XI numquam vetuit, nec ipse prohibet, et etiam si Lullium sequentes illo tempore damnarint, Aymericum tamen non satis diligenter illius scripta sunt persecuti, remansit enim liber Aymerici apud nonnullos erat enim typis mandatus et cum omnibus, nec Regis sententiae Petri et Johannis, nec Martini 5 revocatio esset nota apud exterarum nationes, negligi ars lulliana cepit, solum apud gotholanos, Baleares et Valentinis publice docebatur, idcirco tempore Pauli 4, cum iudicis compilatores reperiissent bullam Gregorii XI, quae diligentia Aymerici ti-

pis erat mandata, opera Raymundi prohibuerunt á Gregorio XI prohibita, frigit tunc maxime Lulli nomen, fuitque fere ab scholis exprosum (sic), solum provinciae illae, quibus res erat nota, a publica lullianae artis lectione non destiterunt, sciunt enim indicem revera nullum opus prohibuisse Raymundi, cum Gregorii XI bulla fuisset á Martino V cassata, et de falsitate evidenti nimis suspecta iudicata, nihilominus tametsi non curarunt quae domi erant nota apud exteras nationes propalare, quo factum est, ut caeteris nationibus lulliana doctrina suspecta sit reddita, et ita hisce temporibus nonnulli in ea insurrexerunt et cum ars illis penitus esset ignota, si forsan in libros Lulli aliquos incidebant, cum male in Lullium essent affecti, quo quid gravius esse potest in iudicio de libris ferendo, solum curabat libros carpendi gratia legere, et ita tota haec hominum turba in duas classes divisa fuit; quidam á doctrina lulliana penitus alieni, imo quibusque contigerat Lulli librum aliquem vidisse, solum in manus illis venerat Aymerici liber, Raymundum pium heremitam hereticum palam nominabant, illius doctrinam heresibus plenam esse dicebant, ipsum irridentes a demone illustratum dictitabant, ut est videre apud Bernardum de Lutsemburch et Prateolum, contra hos nostrum nunc non est arma sumere, cum apostolica sententia Martini V satis in eos invexerit, explicueritque hereses ab Aymerico fuisse confictas. Hoc unum dicam me ducentum et ultra Raymundi volumina legisse, nihil unquam reperiisse quod ab orthodoxa fide esset alienum; imo nullum unquam librum legi, in quo aliquid theologiae pius heremita explicaret, quin statim illum ecclesiae sacrosanctae Romanae submitteret, quod qui facit hereticus dici minime potest, id ipsum nunc ipse profero, recantare enim non gravabor si vel tantillum a romano more discessero.

Alterum vero genus fuit eorum qui, cum in Raymundi libros incidissent, videntes nihil in eis a fide alienum cum arte lulliana essent destituti, locutionem tamen modumque et novitatem propositionum sunt aversi, quorum princeps

videtur fuisse Gerson Parisiensis, cui contigit vixisse eo tempore, quo res Raymundi ab adversariis opprimebantur, in quorum numero aliquando, dignissime antistes, me fuisse, ingenue fateor; cum enim artem lullianam, nec salutassem, et in philosophicis in utraque schola, peripatetica et academica, mediocriter essem versatus, et in theologicis, nec Schotum, nec divum Thomam despexissem, adduci non poteram quin arbitrarer quamcumque artem, ab his diversam, prorsus inutilem fore; huc accedebat lullistarum quorundam familiaritas, qui cum solum limina lulliana gustarant, Platonem debacchantes, cuncta se scire profitebantur, prorsus omnia ignorantes, hos cum viderem inaudita quaedam proferre rationibus, tum peripateticis, tum academicis agrediebar facile homines solo nomine lulliano gaudentes vincebam, irridebam, tum artem, tum homines, tum inusitatum et barbarum loquendi modum, illorum inertia commotus despiciebam; et dum illi terminis lullisticis uterentur, ego vero peripateticis, neuter nostrum alterius discursum intelligebat, sed eram ac si germanus cum indo contenderet. At inveni postea virum secundum cor meum, Ludovicum Joannem Viletam, doctissimum plane tum philosophorum, tum theologorum, (sic) et in utraque schola exercitissimum. qui validissimis rationibus hoc ante obtinuit, ne iudicium ferrem de re prorsus ignota, iudicare enim munus est sapientis, quo cecutit citra preexistentem cognitionem, et ita rogavit, ut cum de lulliano scopo philosophantem paulo attentius audirem, commotus auctoritate et rationibus tanti viri, adhibitis aliis doctissimis viris, quibus cum paritate studiorum qua mihi dulcius eram conjunctus, intellexi quid sibi voluisset Lullius, explicuit ille nobis doctissimus virtutum artis finem tum subjectum, tum principia, tum methodum, cum ea quae videbantur inaudita; quibus explicitis, Lulli ars doctis iudicari poterit, qua brevitate qua potero attingam, ut jam, praesul amplissime, iudicium in re tam controversa feras, simulque satisfactum erit his, qui novum philosophandi genus á Raymundo traditum, despiciunt, quod

cum effecero, rem omnem ad tuae dominationis maturum iudicium deferens perorabo, ut artis lullianae institutum doctus intelligere possit.

Notandum est hoc artificium potius sequi viam academicorum quam peripateticorum, et si neutram omnino sequatur, nec impugnet, imo nec Platonem ab Aristotele, nec Thomam ab Scoto, servata ratione instituti, in plerisque dissentire in eo exercitatus elicere potest; ad platoniam enim doctrinam aristotelica via est, termino autem via quomodo potest esse contraria? Imo ut quid altius dicam, utriusque vie hoc artificium est perfectio, nam peripatetice ascendimus, academice descendimus, lullistice vero ab aequalibus aequalia colligimus. Aristoteles enim, philosophorum princeps, a sensibilibus ad intelligibilia nos manu ducere conatur, ob id in via peripatetica deficiente, sensu deficit, scientia cui anima nostra est tamquam tabula rasa, in qua nihil depictum est, sed depingi potest, ope enim sensuum adjuncta ab accidentibus, essentias rerum speculatur, et compositoria methodo utens universum colligit, et ita a posteriori omnia principia probat, quibus postea demonstratione propter quid conclusiones elicit quas analitica methodo ad sua principia resolvere ostendit, ideo artificio logico, quod in re physica est stabilitum, cuncta elaborat, et universum in multis quod physicum est, et universum post multa quod logicum est speculatur, ob id categoriae Aristotelis non transcendunt corpus, ut docte Ammonius et Aberroes adnotarunt, imo cum Aristotelis physiologia a sensibus originem sumat, destructis substantiis primis, quae mediis accidentibus sensibus subjiciuntur, impossibile est aliquid aliorum remanere, ideo visum principatum inter sensus obtinere, Aristoteles in prologo methaphisicis ostendit quod, plures rerum differentias nos cognoscere faciat, ut jam tota ipsius philosophia ad contemplationem primae causae nos artificio logico a sensibilibus elevet (sic) iuxta illud Pauli ad Romanos, 1.^a: invisibilia Dei per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur (1), at academici e contra, methodo divisoria utentes, des-

cedunt non ascendunt, et ex intelligibilibus venatur (sic) sensibilia, ex ideisque philosophantes cuncta dimetiunt artificio mathematico, idcirco in academia inscriptum erat: nemo ingrediatur geometrie expers; nam, ut Pitagoras, ex quantitate discreta, omnia analogice inquirebat, sic Plato omnia quantitate continua illustrabat, et ita universum ante multa platonici speculabantur, ideasque nobis congenitas esse volebant, doctis enim patet Platonem in Phedone tradere animum nostrum habere scientiam omnium, quam intellectionem Alimous (sic) Platoniorum, meo iudicio, doctissimus, in institutione ad doctrinam platoniam c. 4. nominat ubi inquit: intellectio est actus intellectus prima intelligibilia contemplantis.

Platonici vero altius philosophantes, aliam philosophandi rationem ex intuitu primi objecti quaesierunt. Et ita Jamblicus de misteriis Egiptiorum primo multa doctissime disserit, de cognitione naturali et contactu essentiali et simplici, quo attingimus unitatem ipsam unitissimo modo quo praecipuam quandam et a superioribus duabus diversam philosophandi rationem subinsinuavit quam noster Lullius superne edoctus, mirabiliter illustravit et auxit, unde inquit Jamblicus intellectus divinus dat esse animae per intelligere suum essentiali, ergo esse animae est quoddam intelligere Deum, unde dependet esse nostrum; quia praecipuum esse animae est intellectus suus, in quo idem est esse, quod intelligere, divina actu perpetuo ab illo esse praecipuo derivatur potentie anime discurrentes; hactenus Jamblicus.

Ex utraque igitur via peripatetica et academica, triplex cogniti intellectus nostri patet discursus, intellectio et intuitus; primam Aristoteles nos mirifice docuit intellectionem, Plato in Menone tradidit quando nostrum scire reminisci esse dicebat ratione seminarii universalis nostrae menti congeniti, quo omnium universalium cognitionem habemus, quod etiam tetigit Aristoteles in posterioribus dum dixit: igniculos nobis insitos omnium scientiarum, tertium genus platonici tetigere fusius ex misteriis egiptiorum, et illud (?) fecisse visus est Socrates dum

(1) Cap. I, vers. 20.

artem amandi introduxit, qua tum intellectum, tum intuitum in nobis reviviscere platoniorum doctissimi tetigere et, ut jam se beatissime menti unirent virtutes insectati sunt, indeque eorum nonnulli adjuti libris Moysi, quos legerant, vel iis que ab Egypciis et Babiloniis audierant, explicarunt misteria maxima; quis enim non admirabitur Mercurii Trismagistrii (sic) illustratam sapientiam, Socrates compositos mores, Platonis in redarguendo dexteritatem, miram Aristotelis in oppositas partes, agitandi quaestiones artificio dialectico solertiam, qui etsi natura duce non potuerunt nobis speciem philosophandi omnibus numeris perfectam tradere, at conati sunt id ipsum praestare; in magnis autem voluisse sat est, et incepisse perfectius? At dum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum Christum scilicet, doctorem perfectum, qui nos docuit per Spiritum Sanctum omnem veritatem, quae nunquam deficit Ecclesiae suae et misteria nostrae fidei sine quibus nulli jam patet salus humanum discursum, longe excedentia revelavit, quae et si plura sint, tamen si quid novi licet dicere primo Trinitatis misterio cuncta non solum qui fidei nostrae dogmata sunt, sed etiam illo quocumque in controversia verti possunt tamquam lydio lapide comprobantur ut jam tota contemplatio tum viae, tum patriae, in hoc tanquam prima et caeterorum regula posita sit.

Juxta enim omnium philosophantium opinionem, primum in unoquoque genere est regula ceterorum, et servata proportionem, si nostra sapientia in patria ex beatissimae Trinitatis comprehensione profuit, ubi comprehenso illo, comprehendere enim impossibile est viatori, at apprehendere licet eis quibus favit Deus optimus maximus, omnia etiam apprehendemus, et si triplici modo comprehendimus inferiora, quo nostro intellectui, nec sunt finis, nec propria intelligibilia, triplici etiam modo, lumine supernaturali adjuti, apprehendere possumus, intelligibile aliquod intelligendum creati sumus, discursu ascendimus dum e cujusvis rei operationem intrinsecam propriam et naturalem cum distinctione activi et passivi, et actus amborum conspicimus,

quam Aristoteles 3^o de anima cap. 5, tetigit.

Unde in beatissima trinitate operationem perfectam propriam et naturalem, colligimus; nam optime a minori ad majus affirmative argumentamur; si enim uniuscujusque esse est propter suum operari, et divinum esse propter suum operari erit, et ita concordantiam inter primum et cetera invenimus, servata tamen differentia utriusque naturae, nam in prima illa natura, cum sit infinita et eterna, totum suum esse est propter suum infinitum et eternum operari, at in creatura operatio omnis finita et nova est, et ad eternam Dei operationem refertur, quam ad esse in primo ente conspicimus, etsi nec quid sit, nec quomodo sit, colligere possimus, aliter enim nec infinitum velle, nec in opere infinite sibi complacuisse Deus, imo nec operari ad extra potuisset, ni operatus fuisset ad intra, nec distinctio ullibi reperiretur inde inquit Esaias, (sic) generationem aliis prebens, sterilis ero; et ob id dixit Paulus: invisibilia Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas: virtus enim in scriptura operationem dicit, juxta illud Christi Marcii 5: «Jesus in semetipso cognoscens virtutem», designavit, quod satis adjectivum sempiterna declarat, nec ibi, meo judicio, tria attributa Dei explicuit, ut multi volunt, sed Dei eternam operationem et divinitatem, dum dixit: sempiterna quoque ejus virtus et divinitas, ut jam attributo eternitatis propissime distinguamus, tum Dei operationem et essentiam a quavis essentia et operatione inferiorum, aliter non addidisset dictionem quoque, sed substantive dixisset eternitas virtusque, et frustra addidisset et divinitas: nam deitas non est attributum, sed potius attributorum subjectum, ideo conjunctione adversativa, ut quid contra distinctum ratione a sempiterna Dei virtute conjunxit, et ita in illo loco quatuor cognovisse phos (sic) enumerat tria in singulari, scilicet esse Dei, operationem et divinitatem, et in plurali attributa, sive ad intra, sive ad extra, ut esse bonum, infinitum, eternum, potentem, etcetera., primam causam, primum movens, primum ordinans, etc.,

quibus quod notum erat Dei, scilicet Deum esse, Deus illis (concurrente lumine naturali, ut probe Cajet. dicit) manifestavit, nam si in inferioribus conspiciamus haec quatuor: scilicet esse rei attributa operationem habere rem intrinsecam et essentiam in Deo optimo maximo, etiam servata proportione haec considerabimus, ut jam essentia sit absolutorum attributorum subjectum, operatio ratione relationis quam semper involvit; relatorum ens enim prima sui divisione in absolutum et relativum dividitur: imo omne ens tum absolutum, tum relativum est, ob id artificium Lulli duas categorias, essentiam scilicet, et relationem transcendentem habet, quas in Deo collocare tum D. Augustinus, tum D. Thomas non formidarunt, quas Plato in Theeteto et Aristotelis cap. de relatis transcendentem esse non negarunt; si ergo philosophi operationem infinitam, licet non trinitatem personarum agnoverunt, ex qua et essentia attributa quamplurima collegerunt, ut tum Deum esse verum, omnipotentem et summe sapientem dicerent, et de operatione Dei etiam aliqua et si obscure visi sunt (?), ut apud Meruam et Aristotelem, in libro mystice philosophiae, et apud Proclum, in libro de elementis theologiae licet videre, quid mirum igitur si fide explicita adjutus intellectus, multa eademque doctissima; tum de Dei attributis, tum de operatione intrinseca Dei supernaturali spiritu afflante disserat, quae intuetur per fidem absque discursu, et intelligit esse vera eodem lumine fidei, non enim sequitur inanes fabulas et discursu novo quodam philosophandi modo ex revelatis notis ignota colligit, ubi nullus est ascensus, nec descensus, sed solum ab equalibus ad equalia progredimur, et ut Paulus 2.^a ad Corinth cap. 1.^o dicit ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis, spiritalibus (sic) spiritali comparantes, quam probationem equiparentis pius heremita doctissime nuncupavit; in Deo enim ratione infinitatis, unitatis ac eternitatis divinae, omnia sunt simul natura et eandem rem designat quam probationem demonstrationem in circulo, cap. 3, primi posteriorum Aristotelis appellavit, quam concessit dare inter illa,

quae sunt primo prima, et quae se mutuo consecuntur, et 6. Topic. cap. 3 idem subinsinuante, qua ex potentia colligimus actum, ut si in Deo est sapere, ratione sapientie, ergo in Deo erit velle, ratione voluntatis, vel quando ex potentia inferimus aliam potentiam, ut si in Deo est infinita bonitas, ergo infinita potestas; quae omnia Dei attributa sunt ipsemet Deus, et ratione operationis intrinsecae distinguuntur ratione, quatenus pater sub propria et formali ratione bonitatis, producit bonum filium, et sub propria ratione magnitudinis, magnum, et sub ratione eternitatis, eternum, etc., et ideo idem sunt uni essentiae, distinguuntur autem, ut Raymundus sepe explicuit, ratione actionis intrinsecae, et licet sint multae dignitates, tamen sunt tres solum personae, et non plures, neque pauciores, quia unaqueque dignitas tribus tantum (sic) correlatis intrinsecis nititur, sine quibus perfecta actio esse non potest, ut in intellectu divino sunt intellectivum, intelligibile et intelligere; ita in bonitate sunt bonifactivum, bonificabile et bonificare, et sic de ceteris dei attributis est indicandum, in quibus explicandis finxit sepe vocabula Raymundus, quo factum fuit, ut ars a plerisque fuerit exosa; non satis considerantes in relatis id nobis licere, ut Aristotelis cap. de relatis expressit; quae cum solo casu differant, secundum essentiam distinguuntur, tamen activo et passivo et actu amborum, ut 5 Metaphysicorum cap. 15, subinsinuavit Aristotelis, et expressius in Theeteto Plato, quod misterium ne prophanis propalaret, Theeteto iussit Socrates, inter quae et conjugata demonstratio equiparentiae datur cum se mutuo consequantur, et cum haec duo sic essentia et relatio sint primo prima, et se mutuo consequantur, mutuo se demonstrant, ut jam in illis demonstratio in circulo juxta Aristotelem, vel intellectio, juxta Platonem in Phaedone: uno enim praecepto caetera conspiciuntur, vel equiparentiae, juxta Paulum et nostrum heremitam, detur ne quis jam arbitretur Lullium nova excogitasse, sed superne edoctum, vetera et nova in artem omnium artium encyclopediam in se continentem redegisse, ars igitur lulliana, ut

ad capita supra proposita totam rem redigamus, pro fine habet secundum cognoscendi modum, intellectionem scilicet, a peccato obfuscatam resarcire, et quodammodo tertium modum, intuitum videlicet, cum intellectionem conjungit, ut jam fide intueamur misteria revelata, et inde demonstrationes equiparentiae vicissim, tum attributa absoluta, tum relata, tum operationem, tum divinitatem, conspiciamus, ex discursu equalium, quibus apprehensis, inferiora omnia descendendo comprehendimus, et ita de omni re agimus pro ratione primi entis, quod potissimum est artis, subiectum, principia vero artis attributa entis in communi et primi entis sunt, methodus vero est demonstratio equiparentiae, qua cognita, facile est tum demonstrationem propter quid quae a causa ad effectum, et a majori ad minus, tum demonstrationem quia, quae e contra progreditur cognoscere medium, etenim regula est extremorum, equale autem medium inter majus et minus est, et ita tota haec ars novem literis primis alphabeti continetur relictis *A*, ipsa enim competit Deo, non nobis, juxta illud: ego sum *A* et *O*, nostra enim cognitio, a secunda litera *b* scilicet incipit, superat enim hec cognitio fide elevata quamcumque naturalem, et in unaquaque harum novem litterarum sex sunt termini tanta dexteritate conjunctis, ut quivis vel etiam prima limina artis salutans, mirabile hominis artificium conspiciat, ut si jam vel unum terminum mutare, vel transferre conetur, totam philosophandi rationem commutet; quod licet experiri in prima litera *b* scilicet, nam idem judicium in aliis est ferendum, *b* igitur significat bonitatem, differentiam, unum Deum, justitiam et avaritiam, et, ut hanc mirificam uniuscujusque litterae concatenationem possit intelligere, doctus querat subiectum, quod quartum locum semper obtinet, et conjungat cum questione quam tertio loco inveniet; deinde ex primo et secundo loco addat predicata duo, ex quibus quinto loco consurgit virtus, et ultimo excludit vitium; nam in litera proposita *b* scilicet si propriam Dei questionem queras, illa erit utrum sit, si attributa quae semper pro ratione ques-

tionis et subiecti sunt expendenda, scimus esse bonitatem et distinctionem, sive differentiam; inde consurgit justitia; bonitas enim si communicata sit cum distinctione et differentia, communicando unicuique quod suum est, justitiam gignit, indeque maxime excluditur avaritia, sibi enim retinere et nihil communicare, citra ullam differentiam, semper curat avarus, et ne quis ab hinc dicat artem hanc novam.

PEDRO BLANCO, O. S. A.

(Continuará).

RECLAMACIONES DE LES FILLES DEN SANJO DE MALLORQUES

CONTRA LA CONFISCACIÓ DE BENS IMPOSADA A SON PARE
PER FEEL SEGUIDOR DE JAUME III

(CONTINUACIÓ) (*)

Berengarona, uxor Ferrarii de Olivariis civis Majoricarum quondam, commorans in vico Francisci de Fonte, testes jurata et interrogata super iij.º iiiij.º v.º et vj.º capitulis, super quibus tantum fuit in testem producta de voluntate producentis, et prius super iij.º capitulo, interrogata et dixit super ipso quod sequitur tantum scire, videlicet quod quinque anni vel inde circa efluxerunt hec testes morabatur pro socia cum domina Saura vxore quondam nobilis Sancii, et cum dictus nobilis Sancius et ejus vxor Saura quondam et ista testes et familia ipsius et ejus vxor essent in loco de Perpignano, quadam die hec testes audiuit dictum nobilem Sancium dicentem hec verba vel similia in effectu, et hoc presente dicta domina vxore sua et aliis de familia et ista testes: Vegats quych hauem guanyat en Rossello que ultra la quitacio que prenem de la cort del senyor Rey, dixit de Jacobo de Majoricis olim Rege, he despeses los CC. scuts dor que he reebuts per rahon del escrex de la dona Johanina, sa entras muller derrera den Ferrer de Rossello. Et aliud dixit se nescire super ipso capitulo. Interrogata de anno, mense, septimana, die et hora, et dixit super ipsis nichil aliud scire nisi ut predixit videlicet quod quinque anni vel inde efluxerunt. Interrogata in qua domo et loco domus predicta hec testes dici audiuit, et dixit quod in hospicio in quo ponebant in loco de Perpignia-

(*) V. quadern d' Agost de 1906.

no, juxta Castrum Perpiniani, quadam die supra mensam, et quadam alia vice in portico ipsius hospicii. Interrogata qui eran presentes et dixit se non recordari nisi ut predixit.

Super iiiij.^o capitulo interrogata, et dixit omnia contenta in ipso esse vera. Interrogata quomodo scit que deponit, dixit quia interfuit in celebratione matrimonii facti inter dominam Sauram et nobilem Sancium in capitulo contentos, circa xiiij. anni effluerunt in nupt. mensis janerii, in civitate Majoricarum, et vidit ipsa contenta in capitulo esse data dicte domine Saure in capitulo contente. Interrogata de forma cupe in capitulo contente, et dixit illam habere magnam formam. Interrogata quis ipsi domine dedit vel misit, et dixit quod inclitus Jacobus de Majoricis tunc Majoricarum Rex. Interrogata utrum dicta cupa haberet pedem rotundum vel cayrat, et dixit quod cayrat. Interrogata si erat smaltada aut ne, et dixit quod sic, in cohoperta, in pede et in nudo quem habebat in medio canonis ipsius cupe et pede ipsius interposite. (sic) Interrogata utrum esset rotunda in concavitate vel crasalenca, et dixit se non recordari. Interrogata de pondere ipsius cupe, et dixit se nescire pondus ipsius. Item, interrogata illi sex sipheri in capitulo contenti a quibus fuerant et qui illos ipsi domine dederat, dixit se nescire. Interrogata si dicti sex sipheri habebant pedem rotundum vel cayrat, et dixit quod cayrat aliqui et aliqui rotundum. Interrogata si erant deaurati vel ne, et dixit quod sic, intus tantum aliqui et aliqui intus et desuper. Interrogata si habebant formam grasalenca vel rotundam, et dixit quod rotundam videre istius testis in concavitate. Interrogata si erant signati aliquibus signis, et dixit quod non, set quod erant pulcherrimi et pulcherrime operati. Interrogata de pondere ipsorum sex ciforum, et dixit se nescire nec dici audiuisse.—Item dixit hec testis quod dicta die fuerunt dati ipsi domine Saure ij. patrenostres, scilicet quendam de coral per sororem Sclarmundam (1) et quendam de lambre per dominam vxorem Francisci Omberti. Interrogata de ualore, et dixit quod ualebant inter ij. C. solidos monete tunc curribilis.—Item fuit interrogata dicte iiiij.^{or} tacee

(1) Aquesta Sor Esclarmonda, de qui no recort que cap historiador mallorquí haja feta menció, era una germana del noble en Sanxo de Mallorca, bastarda com ell y monge franciscana del convent Santa Clara de Perpinyá, segons se despren de documents citats en l'*Inventaire Sommaire* d'aquell Arxiu departamental.

in capitulo contente si erant deaurate vel ne, et si intus et desuper vel intus tantum, et dixit quod erant omnes albe non autem deaurate, cum quodam smalt in medio in qualibet. Interrogata si erat impresum in ipsis esmalts aliquod signum vel in eisdem taceis, et dixit quod sic. Interrogata que signa ibi erant impresa, et dixit quod in vna ex illis erat signum den Banyeres, de aliis vero non recolit. Interrogata quis illas taceas ipsi domine Saure dederat, et dixit quod en Banyeres vnam, et de aliis dixit se nescire.—Interrogata quis illa cloquearia argenti in capitulo contenta dicte domine Saure dedit, et dixit se nescire. Interrogata quot erant, et dixit quod videre istius testis erant duodecim. Interrogata de pondere illarum et dixit se nescire, set credit quod ponderabat sex vncias vel magis et non minus.—Interrogata que erant illa alia diuersa iocalia in ipso capitulo non exprese contenta ipsi domine Saure donata in celebratione dictarum nuptiarum in capitulo contentarum, et dixit se nescire illa expresare cum non recordetur, set audiuit pluries tempore tunc uenturo post celebrationem dictarum nuptiarum dictam dominam Sauram dicentem isti testi hec vel similia in efectu: Totes aquestes joyes me foren donades quan fuy nuuia, dicebat de quodam cofre repleto jocalium, ac tamen ista illa non tenuit, nec recordatur que nec quante erant, nisi ut predixit. Item interrogata quomodo scit ista testes quod dictus nobilis Sancius recepisset illa omnia contenta in ipso capitulo, et dixit quod cum hec testes esset socia dicte domine Saure uidit illa per istam superius deposita longo tempore in domo, et ipse nobilis Sancius erat dominus hospicii sui et omnium rerum que essent in eodem, et dominabatur tamquam dominus tam super predictis quam super omnibus aliis bonis ipsius sui hospicii. Et etiam quadam uice ista testes, sciente ipse nobili, manuleuauit super dictis cifis et dictam cupam quinquaginta libras intus ciuitatem Majoricarum. Item fuit interrogata de ualore dicte cupe. Item de ualore dictorum sex ciforum. Item interrogata de ualore dictarum iiiij.^{or} tacearum. Item interrogata de ualore dictarum xij.^{im} cloquearum. Interrogata de ualore duarum corrigiarum, quas interrogata dixit unam esse de sauastre cum bullis deauratis, et alteram de serico liuido cum bullis nescit ista testes si albis uel deauratis, quas dixit se ignorare a quo seu quibus fuerunt, set dicta die fuerunt ipsi domine Saure date et presentate. Interro-

gata de ualore ipsarum aliarum diuersarum iocalium non expresse contentarum in dicto iij.º capitulo. Super quibus nec altera ex ipsis rebus juramento interrogata dixit quod ualorem ponere nesciret. Interrogata quomodo ergo scit ipsa contenta in ipso capitulo ualore centum quinquaginta libras, et dixit quod eo quia tunc per omnes de domo dicti nobilis, de quorum nominibus quo ad presens non recolat, dicebatur et erat fama et vox quod centum quinquaginta libras et ultra ualebant. Interrogata de qua moneta, et dixit quod non alias expresabant monetam sed intendebatur et intendi debebat quod de moneta tunc curribilia uidelicet florenum auri de Florencia ad xx.º v.º solidos.

Super quinto capitulo interrogata, et dixit super ipso escire quod sequitur, uidelicet quod domina Caterina uxor Ferrarii de Rosilione fecit heredem suam dominam Sauram in capitulo contentam, cuius domine Caterine bona pertinentia ipsi domine Saure ratione hereditati, ipsius, habuit et recepit domina Francisca uxor Petri Cabrit quondam, tamquam curatrix ipsius domine Saure, de quibus bonis erant in rebus tempore celebrationis matrimoni ipsius domine Saure et dicti nobilis in domo vel posse dicte domine uxoris dicti P. Cabrit quondam, tunc ipsius domine curatricis, bona sequentia, que omnia, ista teste uidente, per sequens tempus tunc fuerunt transportate ad domum ipsius nobilis Sancii: Primo iij.º paria lintheaminum amplers de brino et tria paria cominals. Item iij.º uanoas de brino scilicet duas primas et duas grossas, non recolat de quantis telis. Item unum coopertorium serici non recolat de eius ualore. Item iij.º trauersers de fluxel et de plumba. Item sex auricularia inter alba et operata serico diuersorum colorum. Item iij.º matalafia pulcherrima, ij. de bort et ij. listats. Item iij.º lectos postium cum marficis. Item xv.º uel sexdecim anulos auri cum diuersis lapidibus, de quibus nec de colore nec ualore ipsorum anulorum nec lapidum in ipsis impresorum dixit se non recordari, set erant in ipsis lapidibus maracdes, safirs, turqueses et perles et alie lapides, ignorando cum non recordetur ista testis quante erant de utrisque lapidibus, set inter omnes ipsi anuli furniti dictis lapidibus erant quindecim uel sexdecim. Item dua marsupia auri magni ualoris.—Item plura alia jocalia et bona de quibus ista non recolat quo ad presens. Item dixit ista testes quod ipsi domine Saure peruenerunt, et dictus nobilis Sancius habuit penes se et

recepit, ex successione Ferrarii de Rossilione ipso mortuo, quandam penam nayram, et duos cifos et duas corrigias argenti que fuerunt post mortem ipsius Ferrarii tradite ipsi domine et dictus nobilis habuit et penes se tenuit, per manus domine Johanine ultime uxoris Ferrarii de Rossilione patris dicte domine Saure et madastra ipsius domine Saure. Interrogata de ualore ipsorum duorum ciforum et dixit se nescire. Interrogata utrum essent deaurati intus et desuper uel intus tantum et dixit se non recordari. Item interrogata utrum haberent pedem rotundum vel cayrat et si erant aliquibus signis signati et dixit se non recordari. Interrogata de corrigiis, que erant, et dixit quod de serico cum platonis argenti. Interrogata si erant deaurati ipsi platonis ipsarum corrigiarum, et dixit quod sic de una et de alia non. Item interrogata de colore cirici ipsarum corrigiarum, et dixit se non recolare.—Item interrogata de ualore dicte pellis, et dixit se non recordari, set quod erat multum pulchra et magni ualoris. Item fuit interrogata quomodo scit predicta ipsi domine Saure peruenisse et dictus nobilis Sancius ut dictum est recepisse et habuisse, et dixit quia uidit cum esset ista testes socia ipsius domine Saure, et etiam audiuit ab ipsa domina et dicto nobili eius uiro pluribus uicibus dici. Item, interrogata utrum predicta omnia dictus nobilis habuit extimata uel inextimata, et dixit se nescire. Item fuit interrogata de ualore dictarum uanouarum, lintheaminum, coopertorium, auriculariorum, trauersariorum, matalafiorum, et lectuum, et anulorum, nec non omnium predictorum; super quibus punctatim uel singulariter nec insimul extimationem in ipsis dixit se nescire deponere, sed dixit quod dicebatur tunc per omnes domesticos ipsius nobilis Sancii quod illa omnia predicta que sibi peruenerant ex dicta domina matre sua et domino patre suo superius expresa super isto v.º capitulo ualebant comuni extimatione centum libras monete tunc curribilis. Item quod inter predicta et illa que fuerunt dicte domine Saure presentata et donata die celebrationis matrimoni inter ipsam et dictum nobilem, extimabant comuni extimatione omnes domestici ipsorum conjugum ad ducentas quinquaginta libras monete tunc curribilis.

Super sexto capitulo interrogata, et dixit super ipso capitulo nichil aliud scire nisi ut supra dixit super iij.º, iij.º et v.º capitulis. Item fuit interrogata ad declarandum ipsum capitu-

lum uel contenta in illo, si scit quod domina Francisca vxor Petri Cabrit. quondam de suo proprio dederit ipsi domine Saure aliqua jocalia uel alia que iste testes nominatim sciat, et dixit quod non quod isti recordetur, nisi ut curatrix predicta ut dictum est. Generaliter uero interrogata si est instructa, docta, rogata uel subornata, nec si deponit aliquid in predictis amore, timore, fauore, odio, precio uel precibus, dixit quod non. Item interrogata si attinet aliquid dictis pupillis et dixit quod sic, nam pater ipsius testis et pater dicte domine Saure matris ipsarum pupillarum fuerunt consanguinei. Interrogata quam partem mallet in predictis obtinere, et dixit quod pociorem in jure. Interrogata si in bonis traditis dicto nobili Sancio ratione dotis vxoris sue includuntur bona, iocalia, arnesia et alias res que ista testis superius deponit fuisse dicte domine Saure donata et presentata uel dimisa seu peruenta ut dictum est, (et) per dictum nobilem ut predicatur habita et recepta, et dixit quod non ymmo ultra dotem et alia sibi promisa peruenerunt sibi omnia predicta.

E. K. AGUILÓ.

(Seguirá.)

BIOGRAFÍA Y CARTULARIO

DEL PRIMER OBISPO DE MALLORCA

(CONTINUACIÓN)

De la Ordinacion del Orden Gerarchico de la Iglesia de Mallorca

§ 1

En el referido Libro de Estatutos de la Iglesia Catedral de Mallorca, el segundo trata de la Fundacion, institucion, y ordinacion de la Iglesia Catedral⁽¹⁾, y contiene que como la Iglesia de Mallorca, fuese en pasados tiempos ordenada por el Sr. D. Raymundo Obispo, y por todo su Cabildo de la Seo, y dicha ordinacion no se huviere reducido á pública escritura, ni sobreviviesen de los que intervinieron en ella otros, que Jayme de S.^{ta} Eugenia Sacriste, y Maestre Juan⁽²⁾ canonigo

(1) Primer Estatuto, bien que el Autor lo llama el segundo.

